



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

228. An copula sodomitica imperfecta, quia semen non fuit emissum,  
pariat iustum causam diuortij? Et quid est disendum de actu bestialitatis,  
& brutalitatis? Et asseritur dari veram diuortij causam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

gio in professum, vel Ecclesia in factis initiatum,  
Sup. hoc, & seq. in hoc §. sup. in Ref.  
224. lege doctrinā §.  
Secondo no-  
ta, & pro parte in Ref.  
220. §. vlt.

Idem est, si tantum impeditur voto simpli, extra Religionem tamen, potest quidem redire ad suum coniugem nocentem, licet peccet, cum se exponat pericolo violandi, tenebiturque reddere, sed non exegere. Ita Perez s. 6.n.3. & alij. Quod tamen, & recte limitat Palauus n. 13. si sacros Ordines, vel Religionem suscepisset, antequam sententia transiret in rem iudicatam; quia eo casu illegitimè Ordo, & Religio suscipitur, ideoque coniugi non planè dimisso præjudicare nequit.

4. Notandum est etiam hic obiter, difficultatem adesse inter Doctores, an quando verique coniux est adulter, & virus ex eis vita emendavit, alter vero minimè, licetne coniugi emendato petere diuortium? In qua difficultate afflatus Sanchez lib. 10. de matr. disp. 7.n.4. coniugem emendatum recte, & iuste posse ab adultero in fornicatione sua perseverante redere, atque cum illo diuortium celebrare, etiam si nulla inter eos præcesserit reconciliatio, dummodo eō-iux persuerans in sua fornicatione, per coniugem emendatum fuerit admontus. Sed Texeda vbi supra n. 65. contrarium docet: censet enim admontum ex sola admonitione sibi facta, & reconciliatione oblatas, sed non acceptata, nō cessisse iuri diuertendum, quod ex alterius adulterio acquisuerat; quia ictu æquè nocens sit, ac petens reconciliationem, id solū probat non posse alterū acculare de delicto sibi non remissi, non tamen probat cessisse iuri diuertendum. His tamennon obstantibus sententiam Sanchez, puto fatus probabilem, quam etiam sequitur Laym. lib. 5. tr. 10.p.3. cap. 7.n.14. & Coninch disp. 35. dub. 2.n.17. licet cum Texeda sentiat Pontius de matr. lib. 10. c. 17. in fin. & Hurtadus disp. 11. diff. 3. n. 10.

### RESOL. CCXXVIII.

*An copula sodomitica imperfecta, quia semen non fuit emissum, pariat instantem causam diuortij?*  
Et quid est dicendum de acta bestialitatē, & brutalitatē?  
Et assertar dari veram diuortij causam marito, cum cuius vxore aliis pollutionem habuit inter crura, ipsa volente & consentiente.  
Et an oscula, amplexus, & tactus habita ab uxore cum viro alieno sint causa diuortij? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 37.

§. 1. Pro negativa sententia Texada. in Theol. mor. Tom. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 13. n. 14. adducit Sanchez, Layman, & Filliciū, contra quos tamen actriter inuehitur opinioni affirmatiæ adhærendo, quia per illum concubitus, si sit habitus ex parte feminæ cum alieno viro, nimis male tractatur matrimonii, fidesque in illo promissa frangitur, maritus etiā manet maximè dedecoratus, & per hoc ignominia affectus: ergo ex eo quod per illam adulterinam copulam sodomiticā, siue non naturalem non decidatur vas intra semen, coniux innocens non amittit ius petendi diuortium ob maximum dederus, & iniuriam ex ea copula illi illatam. Secundò, quia vbi reperitur verum adulterium, reperitur vera causa diuortij; sed tunc per illam copulam omittitur verum adulterium, cum ihalamus sit violatus, & viro innocentia iniuria data: ergo est vera causa diuortij. Probatur maior, quia verum adulterium ex quo matrimonii effectu in iuriorum, reperitur in accessu carnali viuis coniugis cum alieno; sed ibi reperitur accessus carnalis viuis coniugis cum alieno: ergo, &c. Confirmatur, quia ibi reperitur violatio alieni thor, quæ tribuit causam adulterij. Tertiò, quia teste Sanchez tom. 3. de matr. lib. 10. disp. 4.n.13. oscula, amplexus, & tactus habita ab uxore cum alieno viro sunt causa diuortij, si ea contingant cum talibus cit-

Sup. hoc in  
ia Ref. 230.

Tom. II.

cumstantiis loci, & temporis, ex quibus proberet adulterium, sed adulterinus congregellus, siue sodomiticus, siue naturalis habitus à femina coniugata cum alieno viro cum vasis penetratione, siue naturalis, siue innaturalis, etiam si sit sine semen effusione, infert maiore iniuriā marito, quam oscula, amplexus, & tactus habita cu vxore: ergo si per oscula, amplexus, & tactus datur causa diuortij, potiori iure debet dari per copulam sodomiticā. Explicatur hoc; magis laedit matrimonium, & maiori infamia afficitur maritus ex eo quod vxor eius habeat accessum sodomiticum cu alio viro, quam quod osculetur ab illo, & amplectatur; sed oscula habita ab uxore cum alio viro infert veram diuortij causam, vt facetur Sanchez: ergo, &c. Adde quod per quid magis denegari mariti fama potest, & honor eius vilipendi, quam quod vxor eius cum alio habeat copulam sodomiticam, etiam non consummatam, si sit cum vasis penetratione?

2. His tamen non obstantibus, sententiam Sanchez, & aliorum tenet nonnullimē Castrus Pal. tom. 5. diff. 3. punct. 6. §. 1. n. 2. vbi sic ait: nomine adulterij, ratione cuius diuortium celebrari ab innocentie possit, etiā aliqui censuerint solam copulam naturalem cum alieno viro, vel femina esse intelligentiam, communis sententia defendit sodomitā, & bestialitatem intelligi; quia his criminibus caro coniugis in alienam dividitur, contra matrimonij fidem. Debet autē sodomia, & bestialitas completa esse, id est cum semen effusione, alia non perficit in alienam carnem effet diuotio, neque consummata iniuria, neque sufficiens diuertenda causa. Quod à fortiori procedit in tactibus turpibus, pollutione, & secum tantum, siue cum alio, vt adiutunt omnes Doctores. Ita ille, cui etiā addit Martinus Perez de matr. diff. 5. c. 2. n. 8. Præposit. in 3. p. 9. 5. de insol. matr. dub. 12. n. 94. Hurtadus diff. 11. diff. 2. n. 8. Quod confirmatur ex communi sententiā omnium Doctorum dicentium, non esse bigamum, vel irregularem, si prior vxoris, aut femina quam dicit, sit cognita sola copula extra vas, aut sodomitice. Quia tunc non est diuotio carnis sua in plures intra naturale vas aptum ad generationem: ergo idem dicendum est respectu diuortij, tamēti sodomia, & brutalitas sint horrenda crimina; idēc non dare causam perpetui diuortij, quia verē per illa non dividitur caro iuxta naturalem usum aptum, & idoneum generationi.

3. Non est igitur recedendum à sententia negativa, quidquid alferat Texeda, qui etiam animaduerte debebat opinionem Basilij Pontij de matr. lib. 9. cap. 16. n. 5, qui iudicat sibi verius, nec peccatum nefandum, nec brutalitatem esse causam perpetui diuortij. Probat, quia cum diuotio carnis in plures dicitur in iure esse causa diuortij, de ea intelligentiam est, quæ iuxta viam naturalem est. Idque probat, quia ea divisione inducitur in lute Bigamia, & irregularitas. At nullus turpis coniunctio extra naturale vas bigamiam, & irregularitatem inducit ex bigamia ortam, vel vera, vel similitudinaria, vt manifestum est. Igitur tantum diuotio carnis, quæ iuxta naturalem viam est, adulterij nomine intelligenda est. Et Molina de Ins. tom. 4. tr. 3. disp. 9. n. 8. assertit copulam sodomiticam habitam cum quadam terio, etiam si consummata sit, non carere probabilitate maxima, non inducere causam diuortij, maximē si vxor passuē se habeat in illo actu cum alio à marito suo. Sed sententia Sanchez est tenenda.

4. Hinc ex dictis colligitur non esse audiendum Texedam loco cit. n. 19. assertentem dari veram diuortij causam marito, cum cuius uxore aliis pollutionem habuit inter crura, ipsa volente & consentiente; & idēc si maritus proberet factum, potest iure optimo intentare diuortium, & inde illam à se repellere. Ra-

Sup. hoc in  
Ref. not.  
præterita.  
§. Quod si

R. 3. tio

## Tractatus Sextus

474

tio ipsius est, quia per illam pollutionem inter crura cum alio vito ab vxore habitam, frangitur fides promissa, & maritus illius maximè in honoratur, & matrimonium ipsum manet læsum. Sed contrarium est, tenendum cum Perez, Palao, & aliis vbi supra, quibus adde Villalobos, in Summa tom. tr. 15. difficult. 1. n. 15.

### R E S O L . C C X X I X .

*An si vir expellat vxorem à domo negans necessaria alimenta, & ex hoc illa fornicetur, si viro concedendum diuortium?*  
*Et quid, si vir ea intentione vxorem repulisset, alienigenaque priusasset, ut necessitate compulsa adulterium committeret?*  
*Et an si uxor mei graui cadentem in virum constantem fornicetur, talis fornicatio sit causa diuorii, & per illam à marito separari debet? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Res. 38.*

**S. 1.** *N*egatiuum sententiam probat Sanch. lib. 10. disp. 5. n. 6. sed more suo contra illum insurgit Texeda in *Theol. mor. 10. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 13. n. 23.* & probat suam sententiam sic assertens. Primum quia maritus iniuste repellens vxorem à domo sua, priuans eam alimentis, & necessariis ad vitam transigendam, maiorem causam confert adulterandi, quam si solum adulterij consensu illud non prohiberet: sed quando maritus scit adulterium vxoris, & non prohiberet, nō debet ei perenti diuortium concedi: ergo neque quando ipsa adulterium cōmisit repulsa iniuste à marito, priuata necessariis ad viētum, & vestitum. Secundū, quia atenta sceminarum fragilitate, & inconsistātia, vxor à viro iniuste repulsa, destitutaque remedio inueniendi viētum, & vestitum, est in evidēti periculo fornicandi, cuius tamē est causa maritus; ergo amittit ius petendi diuortium. Tertiū, quia maritus expellens vxorem iniuste à domo sua, negans ei necessaria ad vitam agendam, peccat mortaliter, vt tenentur concedere moderni: ergo non est innocens, sed nocens, & iniustus. Tunc sic argumentor: sed diuortium nō conceditur nisi in favore innocentis, in penā tamen nocentis: ergo, &c. Accedit etiam, quod maritus officiēns vxorem à domo iniuste, si ipsa ob id fornicata fuerit, censetur fornicationem vxoris consentire, atque ita pena lenonis debet puniri, & non vxor. Accedit etiam ad confirmandam nostram doctrinam contra p̄fatos modernos, quod illa habetur expressa in *c. disceotione de eo qui cogn. consangu.* eius verba sunt. Vir prius cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare, cum adulterium ei non possit obiciere, qui eam adulterandam tradidit, p̄fertim inuitam. Ex quibus verbis sic potest argumentum formari contra p̄fatos moderatos: Maritus iniuste repellens vxorem à domo sua eam adulterandam tradit, cum sic sit remedio destituta, & alias non spēnenda: ergo si fuerit cum alio fornicata, talis fornicationis causa per se fuit maritus.

**2.** Verū ab opinione Sanchez puto non esse recedendum: dicendum est igitur ex eo, quod maritus causam remotam vxori dederit adulterium committendi, negando inquam debiti, non suppeditando alimēta, atque eam ē domo, & ex sua cohabitatione expellendo; nō censetur adulterio consentire, neque à diuortio faciendo impeditur, ut colligitur ex *c. significati de diuortio.* Et ibi Gloss. verbo materia. Neque enim mulierad fornicandum villa ratione adduci debebat: cap. Itane 32. q. 4. Neque ignoscendū est (vt inquit Vlpianus *leg. palam n. 24. ff. de ritu nuptiar.* Et *Glos. c. ex litteris de diuortio*) ei, qui obtenta paupertatis turpissimam vitam agit. Et ita sententiam Sanchez contra Texedam tenet Palau, t. 5. disp. 3. punct.

6. §. 1. n. 2. Hurtadus de Mari. disp. 21. difficult. 3. n. 12. Gutierrez de Mari. c. 129. n. 8. Coninch de Sacram. disp. 35. dub. 1. in fine. Basilius Poncius de mari. lib. 9. c. 17. n. 7. & alij. Quod tamen intelligendum putam, nī vir ea intentione vxorem repulles, alimēta p̄miasset, ut necessitate compulsa adulterium committeret; quia co casu adulterium vxoris marito est voluntarium; perindeque est, ac si adulterio conniveret.

**3.** Sed si quereras hic, an si vxor metu graui cedenti in constantem virum fornicetur, talis fornicatio sit causa diuorii, & per illam à marito separari debet? Et negatiū responder Abbas conf. 3. n. 1. doc. Arniella. num. 5. Tabena 9. 1. n. 3. Graffis. 2. ap. decif. lib. 1. cap. 12. n. 7. 2. cōf. 2. & inclinat Gregor. Log. leg. 7. verb. Pot fuerat tit. 9. part. 4. Et probabile censit Sanch. lib. 10. diff. 5. n. 13. quia non ex malitia, & do- lo, quod videatur requisitum iuxta l. penit. ff. ad leg. l. u. de adulst. commissum est: & fuit August. in c. proposito 32. queſ. 5. excusans Lucretiam ab adulterij crimine, non quadam culpam, sed quadam penam, eo quod metu coacta est. Sed huius opinioni non assentior. Dico igitur, illam vxoris fornicationem cōf. sufficientissimam diuorii causam, posseque maritum illam sceminarum iure optimo à se repellere tangunt adulteram, quia metus ille, quantumvis graui, non excusat sceminarum illam à culpa mortali, cum censetur potius pati motet, quam fornicationem libere ergo nec à penis adulterij debitis. Et ita tene, Coninch disp. 35. dub. 2. n. 10. Sanch. vbi supra, n. 1. Henriquez lib. 1. cap. 17. n. 3.

### R E S O L . C C X X .

*An ex parte feminæ tactus impudicit, & polluit indecētum in stam causam diuorii?*  
*Et inferatur, an concubitus cum feminâ marita p̄beat causam ad celebrandum diuortium? Ex part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 46.*

**S. 1.** *A*ffirmatiuum sententiam tener Dicallus de Sacram. som. 3. tr. 10. disp. 10. dub. 1. n. 11. pr̄fice assertens. In primis distinguendum inter virum, & vxorem spectata communū hominum estimacionem, quia licet concederemus nō posse vxorm separari à viro talibus impudicis tactibus indulgere cum alia persona, non videtur aqua conditio vice veritate, neque enim tam turpe, & indecorum est vxori, quod viripius talis communiteret cum alia persona quod est turpe marito, & ignoriniosum, quod tales tactus impudicos admiserit vxor cum alio vito, nec censetur aequivalens compensatio in sola negatione similiū tactuum, maximē cum vix tales tactus negari possint, si negari non potest solutio debitis, ad quam solutionem ij. tactus exculari non possint; immo debet esse possunt eas, quo potenter necessarij ad conjugalem copulam debitā. Præterea, quantū coniuges sunt aliorū, & nobilioris dignitatis, tantū plus ceteris iniuria in similibus tactibus admisisse, ex parte vxoris cū alio, nec tamē in cōmuni existimatione tanto plus erescit ex parte viri, cū videamus Principes non Illustrissimos tantum, & Excellētissimos, sed Serenissimos viros indulgere ciusmodi levitatis, & impudicis jocis, & tactibus. Imo aliquando id ipsum audere spectante vxori, nec censetur tunc nimis ignominiosū vxori hoc videnti, & parentiū tamē econtra si faceret id vxor, initia esset grauissima comparatione viri, idque adhuc amplius creceret, si cum viri aliquo famulo, aut mancino. Quis ergo dicat maritū in eo cauſa tantum proficere doloris, & iniuriae compensationē similes aliquos tēdus vires.